

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XIX. De indeclinabilibus

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

3. Met. Prima fide vocisq; rata tentamina sumpsit.

Vide Gell. l. 9. cap. 14.

△ Quid de Dativo Singulari est notandum?

Dativum quoque in EI, antiqui per E efferebant. ut,

Lucil. l. 7. Etati facieq; tua, pro faciei.

Horat. l. sat. 3. Prodidit commissa fide, pro fidei.

Ov. 6. Met. Tentataq; penè reliqui Tentamenta fide, pro fidei.

† Quid de Genitivo, Dativo & Ablativo plurali notandum?

Genitivus, Dativus, & Ablativus plurales, in Quinta desiderantur. præterquam in *A*ciēs, *F*aciēs, *S*uperficiēs, *D*ies, *R*es, *S*pecies. ⁴

4. □ *S*pebus, & extat apud Victorem. *S*perum, improbatum.
5. *S*pes in Nominativo & Accusativo extat. *H*æ *s*pes, solum Nominativum & Vocativum habet.

□ Hactenus Analogiam Nominum proposuimus: quam Pueros animo complecti oportet, ut fingere ex propositis Paradigmatibus, omnium similium vocum Casus et Variationes possint. Superest igitur ut de Anomalia dicamus. Sunt enim nonnulla Nomina, in quibus usus Latine loquentium ab Analogia discedit.

CAPUT XIX.

DE INDECLINABILIBUS.

- Quotupliciter Nomina sunt Anomala?
Dupliciter; Privativè & Positivè.

Quo-

□ *Quomodo Privative?*

Quando Nomina, vel Casus quidem habent significatione, non autem eos discernunt terminatione; quæ dicuntur *ἀκλιτα* seu *Indeclinabilia*: Vel terminatione quidem Casus discernunt; in quibusdam autem, aut altero Numero planè deficient; quæ dicuntur *ἐλλειπτικά* seu *Defectiva*.

□ *Quomodo Positive?*

Quando Nomina vel in plures & diversas Declinationes cadunt; quæ sunt *ἑτερόκλιτα*: Vel Genus mutant, aut diversum afficiunt; quæ sunt *ἑτερογενή*; vel utroque modo afficiuntur; quæ sunt *πλεθροκλή*, *Abundantia*.

† *Quæ Nomina sunt Indeclinabilia?*

In Singulari, *Indeclinabilia* sunt omnia Neutra *Quarta* in U: in plurali verò sunt integra.

Plurali tantum *Indeclinabilia* sunt *Adjectiva* hæc: *Tot, Totidem, Quot, Quotquot, Aliquot, Quocumque*. Item, *Numeralia Cardinalia a Quatuor ad Centum* inclusive. Item *Mille Adjectivum, & Sesqui*.

In utroque Numero *Indeclinabilia* sunt,

I. *Nequam*: Ut & *Frugi, Nauci, Nibili, Mancipi, Eiusmodi, Cuiusmodi, Istiusmodi, Huiusmodi, & similia Adjective sumpta*.

II. Hæc *Substantiva Pondo, Gummi, Sinapi, Stibi, Cepe, Gausapa*. Legitur tamen, *Gausapa*. Vide Cap. 24. in *ἑτερογενή*.

F 2

III. *Voca-*

de sociis, rate unum
ell. l. 9. cap. 14.
Singulari est notandum
in El, antiqui per El
g. tua, pro facili
erit commissa fide, quæ
pene reliqui Tenent
Dativo & Ablativo plu
andam?
& Ablativus plura
r. praterquam in
Dies, Res, Species
orem. Spem, impati
Accul. extat. Ex
Vocativum habet.
Nominum propositum
oportet, ut fingere et
in similitum vocam Cap
igitur ut de Anon
la Nomina, in quibus
ia descendit.
T XIX.
DECLINA
ous.
nina sunt Anomala?
ative & Positive.

3. Δ III. Vocabula materialiter posita, & Peregrina, quæ terminationem Latinam³ non habent. *ut, τὸ Casar, τῆς Casar, τῶς Casar, &c. Jacob, Joseph, Judith, Jerusalem, Cherubim.*
4. Sic Nomina Literarum, ⁴*ut, Be, Ce, De, Ef, Ka, Zeth, Alpha, Beta, Gamma, Delta, Cappa, My, Ny, Rho; Aleph, Beth, Gimel, Samech, Resch.*

CAPUT XX.

DE DEFECTIVIS

Numero.

† Quotuplicia sunt Defectiva?

Duplicia : Numero & Casibus.

† Quæ sunt Defectiva Numero?

De his partim certæ dantur Regulæ; partim speciali recensione monetur.

† De Regulis de Defectivis Numero?

SINGULARIA tantum sunt:

1. I. Nomina Propria¹ quarumcunque rerum. *ut, Julius, Lucretia, Roma, Albis, Ægyptus, Bucephalus, Lycisca, Orcus.*
- II. Ætatum. *ut, Infantia, Pueritia, Adolescentia, Juventus, Senectus, Senecta, Senium.*
2. III. Metallorum.² *ut, Aurum, Argentum, Electrum, Æs, Cuprum, Stannum, Ferrum, Chalybs, Plumbum, Orichalcum.*
- IV. Mineralium. *ut, Sulfur, Nitrum, Antimonium, Stribi vel Stibium, Minium &c. Sed Singulare integrum est quacunque significatione.*

V. Vis